



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

LXX. De precibus ad altare dice[n]dis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

tempferint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

LXX.

Cod. Can.
cap. 103.

Placuit etiam hoc, vt preces quæ probatæ fuerint in Concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur: nec aliæ omnino contra fidem proferrantur, sed quæcumque cum prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

LXXI.

Placuit, vt
quicumque
ab. Et in
Concilio
Mileuitano
cap. 19.
Cod. Can.
cap. 104.

Placuit, vt quicumque ab imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab imperatore postularit, nihil ei obsit.

LXXII.

Cod. Can.
cap. 105.

Quicumque autem non communicant in Africa, si in transmarinis ad communicandum obreperint, iacturam clericatus excipiant.

LXXIII.

Cod. Can.
cap. 106.

Placuit, vt quicumque ad comitatum ire voluerit, in formata, quæ ad vrbs Romæ ecclesiam mittitur, intimetur, vt inde etiam ad comitatum formatam accipiat. Quod si accipiens Romanam tantummodo formatam, & tacens necessitatem, qua ad comitatum illi pergendum est, voluerit etiam ad comitatum pergere, a communione remoueat. Quod si ibi Romæ ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum vrbs Romæ ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem Romani episcopi perferat. Formatæ autem quæ a primatibus, vel a qui-